

Stabat mater dolorosa

Sekvenco / Brevier-Himno

Iama sekvenco por la Memoro de la Doloroj de Maria kaj por la vendredo post la Pasiona Dimanĉo

Propraj tekstoj laŭ la kalendaro > la 15-a de septembro > Doloroj de Maria > horo de la legaĵoj (strofoj 1 - 8, 20)

Propraj tekstoj laŭ la kalendaro > la 15-a de septembro > Doloroj de Maria > matena laŭdo (strofoj 9 - 14, 21)

Propraj tekstoj laŭ la kalendaro > la 15-a de septembro > Doloroj de Maria > vespera laŭdo (strofoj 15 - 19, 21)

(Ad Officium lectionis:)

*Stabat mater dolorosa
iuxta Crucem lacrimosa,
dum pendebat Filius.*

*Cuius animam gementem,
contristatam et dolentem,
pertransivit gladius.*

*O quam tristis et afflicta
fuit illa benedicta
mater Unigeniti!*

*Quæ mærebat et dolebat
pia mater, cum videbat
Nati pœnas incliti.*

*Quis est homo qui non fleret,
matrem Christi si videret
in tanto supplicio?*

*Quis non posset contristari,
piam matrem contemplari
dolentem cum Filio?*

*Pro peccatis suæ gentis
vidit Iesum in tormentis
et flagellis subditum.*

*Vidit suum dulcem Natum
morientem, desolatum,
cum emisit spiritum. **

*Christe, cum sit hinc exire,
da per matrem me venire
ad palmam victoriae.*

Amen.

latina T: eble de Iacopone da Todi,
13-a jarcento

(Horo de la legaĵoj:)

Staris la patrino plore
ĉe la kruco endolore,
dum pendadis ŝia fil’;

ŝian koron ĝemadantan,
malĝojegan, angorantan,
trafis glavo, dorn-pikil’.

Kiom estis afliktata
Dipatrino la benata,
atendante apud Li!

Dum, anime lamentante,
Liajn vundojn kunsentante,
daŭre Lin rigardis ŝi.

Kiu homo ne ploradus,
se li tie ŝin vidadus
en tioma kor-mizer’?

Kiu, Kriston rigardante,
la patrinon pripensante,
ne kuniĝus en sufer’?

Pro la pekoj de aliaj
venis la turmentoj Liaj,
skurĝo-batoj, agoni’;

ŝi Lin vidis kondamnita,
kaj de ĉiu forlasita;
dum surkruce mortis Li. *

Krist', al mi en morto mia
donu per patrino Via
venko-laŭron kun honor'.

Amen.

E: M. C. Butler 1966 en HE 59, 2001 en ADORU 295
(strofoj 1 - 8); strofo 21: Albrecht Kronenberger 2010

(Ad Laudes matutinas:)

*Eia, mater, fons amoris,
me sentire vim doloris
fac, ut tecum lugeam.*

*Fac ut ardeat cor meum
in amando Christum Deum,
ut sibi complaceam.*

*Sancta mater, istud agas,
Crucifixi fige plagas
cordi meo valide.*

*Tui Nati vulnerati,
tam dignati pro me pati,
pœnas mecum divide.*

*Fac me vere tecum flere,
Crucifixo condolere,
donec ego vixero.*

*Iuxta crucem tecum stare,
ac me tibi sociare
in planctu desidero. **

*Quando corpus morietur,
fac ut animæ donetur
Paradisi gloria.*

Amen.

latina T: eble de Iacopone da Todi,
13-a jarcento

(Matena laŭdo:)

Kristo, tuŝu mian koron,
ke, vidante ŝian ploron,
kunlamentu ankaŭ mi;

pliardigu mian amon,
brulu ĝi en freŝan flamon,
ke mi plaĉu nur al Vi.

*

Dum mi korpe enteriĝos,
mi anime eterniĝos
en la paradiza glor'.

Amen.

E: M. C. Butler 1966 en HE 59, 2001 en ADORU 295
(strofoj 9 - 10); strofo 21: Albrecht Kronenberger 2010;
strofoj 11 - 14 ankoraŭ tradukendaj

(Ad Vesperas:)

*Virgo virginum præclara,
mihi iam non sis amara;
fac me tecum plangere.*

*Fac ut portem Christi mortem,
passionis fac me sortem
et plagas recolare.*

*Fac me plagis vulnerari,
cruce hac inebriari
et cruore Filii.*

*Flammis urar ne succensus,
per te, Virgo, sim defensus
in die iudicii.*

*Fac me cruce custodiri,
morte Christi præmuniri,
confoveri gratia. **

*Quando corpus morietur,
fac ut animæ donetur
Paradisi gloria.*

Amen.

* (Ad sequentiam:)

*Christe, cum sit hinc exire,
da per matrem me venire
ad palmam victoriae.*

*Quando corpus morietur,
fac ut animæ donetur
Paradisi gloria.*

Amen.

latina T: eble de Iacopone da Todi,
13-a jarcento

(Vespera laŭdo:)

Dum mi korpe enteriĝos,
mi anime eterniĝos
en la paradiza glor'.

Amen.

* (Finaj strofoj de la sekvenco:)

Krist', al mi en morto mia
donu per patrino Via
venko-laŭron kun honor'.

Dum mi korpe enteriĝos,
mi anime eterniĝos
en la paradiza glor'.

Amen.

E: ankoraŭ tradukenda;
strofoj 21 kaj 22: Albrecht Kronenberger 2010